cōgregata.pōtifex creat'.sedit mē.ix.t dieb'.vij.nec post eū sedes vacauit:qa illo adhuc viuēte:Damasus in pōtificatu successit:quē tamē in augusto creatū:Romani veneno e medio sustulerunt.

papa.159. an.xpi.1040. Amasus papa hui' noīs scd's.natione Bauarus.nullo po
d puli clericq3 cōsensu pōtificatum occupans:sedit tantū die bus.xxiij. Adeo.n.corruptela hec inuoluerat:vt cuicūq3 ambitioso liceret petri sedē turpiter occupare:Sed deus maliuolo t ambitioso viro:in exemplū ceterorū obstitit:Quia tertio t vigesimo tyrānidis sue die mortuus est.

papa.160. an.xpi.1040. Eo papa.ix.hui' noīs.natiōe Alamanus.post Damasum
l papam pōtifex factus:sedit annis.5.t men.2.t dieb'.vj. Mortuo nāq3 Damaso pontifice pdicto.Romani ad imperatorē vsq3 in Saxoniā misere:Rogātes sibi pōtificē dari optimū:Quib' Cesar stati Bauonē epm tulēsem virū doctissimū t bo-

Ben' pōtifex. nū ac simplicē obtulit:ac destinauit:Qui cū Romā p Uesuntiū ciuitatē in pōtificali hitu peteret:Quidā Cluniacēsis abbas t Ildebrādus monachus Sena Etrurie vrbe oriūdus eidē forte obuiauerūt:t eū veluti apostatā reph'edentes dixerūt:vt papalia ornamēta oīno deponeret:vz.ab impatore ptātē nō habēte cōcessā.q' iussa humilr exequēs.In pegrini habitu inuitū Romā pduxerūt. Qui ad cardinaliū clericq3 ac ppli cōspectū pduct':se velut icautū accusauit.eo impatori in h paruerit:Rogauitq3 ne petri sedē diutius vacare sinerēt:Clerus aūt Ildebrādo monacho suadēte ipm bauonē in pōtificē elegit.Leonēq3 nonū vocatū:Qui h mō pontifex fact'.Ildebrādū ipm monachū illico cardinalē diaconū fecit: Fuit aūt pōtifex h:Uir pietate.innocētia.benignitate grā.t hospitalitate adeo insignis.vt ei' dom' semp pegrinis t paupib' patuerit: Qua ex re cōtigit.semel ante fores suas leprosū paupez inuenire: Quē pre misericordia i lecto suo collocari pcepit:maneq3 facto nusq3 pauperē inuētū fuisse:Unde creditū pro certo fuit:Xpm illū fuisse.q paupis noīe eo in loco recubuit:In reb' pterea ad religionē ptinētib' tanta diligētia vsus est:vt mādauerit clericorū domicilia oīa iuxta tēpla cōstrui debere.vt hētur i canone.xij.q.i.c.necessaria:Tāte deniq3 auctitatis t reuerētie fuit:vt p ceteris pōtificib'. suis admonitionib'.Cōstātinopolitanū Impatorē ipulerit:Sepulchrum dñi a barbaris iā septē t triginta annis direptū restituere. Hic igit cū eēt vir eruditissim' studiosusq3:nōnulla edidit opuscula:

Hic multa volumina cōposuit. In qb' ei' eloquij venustas t sniarū sublimitas comēdat:E qb' sunt ista.vz.De extirpādis heresib'.lib.vno. Ad Cōstātinū monachū impatorē.lib.i. ad pṫiarchā Cōstātinopolitanū.li.i.Cōtra errores Grecorū.lib.i.Ad epos aphrice t Egypti.lib.i.Eplarū ad diuersos lib.i. Moriēs deniq3 multis claruit miraculis.t apō sctm petrū sepelit.

papa.161. an.xpi.1053. Ictor papa ei' noīs scd's.natione alamanus.e bauaria re
v gione oriūdus.Hoc anno Leoni pontifici suffectus.sedit annis.2.t mē.3.ac dieb'.xiiij.Hic omniū cōsensu pōtifex

Synodū Florentie habuit. ellectus ac cōfirmatus.statim magnā synodū Florētie celebrauit.

Jn qua multos epos ꝛ ꝑlatos. tū ſimonie. tū fornicationis cauſa no
tatos. epatu ꝛ dignitatib⁹ priuauit. ac clerꝫ admonuit: quod maxi/
me ad ſe ptineret: pena ꝓpoſita his q leges canonicas infringeren
tur: aut tranſgrederent: Tandē ad extremā horā veniēs ibidē. vz.
florentie in domino obdormiuit. ꝛ poſt ſedes vacauit dies. xj.

Tephanus papa non⁹ ei⁹ noīe natiōe Lothoringus Caſſi Papa.162.
ſ nenſis abbas: Federicus antea vocat⁹ eo ipſo anno: quo an.xpi.1055.
ꝛ henricus Ceſar poſt Gregoriū pōtificatū adeptus. ſedit
mē. 4. Qui ſtati vbi pōtificatū iniit: Curauit vt medio laneſiū eccl'ia
q a Ro. ducētis ferme ānis ſe ſubtraxerat pma iter alias eā maio/
rē ſupiorēq cognoſceret: q̄ et nūc vſq maria cū obediētia pſeuerat: Florentie mo
Eo itaq ipo āno Florētia deſūcto i cathedrali eccl'ia ibidē ſepelit. ritur.

Enedict⁹ papa ei⁹ noīe decim⁹. natiōe Cāpan⁹ Uilctrēſis Papa.163.
b epus hoc anno quorūdā nobiliū factiōe clero diſſentiente an.xpi.1056.
Stephano pōtifici ſuffect⁹. ſedit mē. 8. ꝛ dieb⁹. xx. Et qm̄
nō p hoſtiū: ſꝫ p vim. ꝛ largitiōib⁹ intrauerat: ab Ildebrādo mona/ Pōtifex exu/
cho pōtificatu deiicit. q̄ pudore duct⁹. ſtati vilctras exulatū prexit. latur.

Icolaus papa ei⁹ noīe ſcd's. natiōe Sabaudiēſis. Gerar/ Papa.164.
n dus antea vocat⁹. florētinus epus: Uir oī vita pbat⁹ abro/ an.xpi.1057.
gato benedicto. nō legitime creato. Senas pp bone vite
ei⁹ famā a cardinalib⁹. epiſq canonice ellectus: ſedit anis. 3. mē. 6. ꝛ
dieb⁹. xxvj. Qui pōtificatu ſuſcepto. ſtati ſutriū cōceſſit. atq ibidē
cōcilio hito Benedictū pdictū pōtificatu ſe abdicare coegit: Inde
Ro. pficiſcēs aliud apud lateranū cōciliū habuit. In q vir prudēs
formā pōtificiū Ro. a cardinalib⁹ cligendoꝝ inſtituit: Sicut hēmus
in decretis. di. xxiij. c. In noīe domini. In eodē quoq cōcilio reuo/
catū ab errore Berēgariū pdictū fuiſſe ferūt: Henricū aūt tertiū
ibidē Imperatorē ꝛ auguſtū ipſe declarauit: Imperiiq corona inſi/
gniuit: Moriens deniq. ceſſauit papatus dies. xij.

Lexāder papa ſcd's hui⁹ noīs. natiōe Mediolanēſis: Lu/ Papa.165.
a cenſis p epus: ꝛ anſelmus antea vocatus. Hoc anno pp ni an.xpi.1061.
miā ei⁹ humanitatē ꝛ humilitatē: atq cōſumatā doctrinā
abſens: Nicolao pōtifici ſurrogatus ſedit. xj. ānis. ꝛ mē. vj. Qui pō
tificatu ſuſcepto. ſtati Romā prexit: Sed ceteri lōgobardi epi qdā
Giberto Parmēſe epo annuēte: In vnū cōgregati indignū eſſe di
centes: aliunde q̄ ex Lōbardia pontificē eligēdū eſſe. ab Henrico
impatore obtinuerūt. Agnete vxore diſſentiēte. vt papā elligerēt:
quē vellēt: Illi aūt cōcilio coacto Cadolū Parmēſem antipapā de
legerūt: Cui ſtati oēs lōgobardi pter Mathildim comitiſſāꝫ ꝛ viꝝ
ei⁹ obediētiā pſtiterūt: Qui Cadolus a capitaneis Ro. vocatus: in
pratis neronis deſcēdit: Ubi ꝛ bis ō Alexandrū armata manu pu/
gnauit: Unde ꝛ multi ex vtroq exercitu cecidere: Irrūpente vo
Othone Mediolanenſiū principe: ꝛ Gotfredo Normano ac aliis
cōprib⁹. Cadoli exercitus ſupat: Tādē Henrico impatore interce
dēte: ōciliū Mātue indicit: In q qdē ſciſmate cōpoſito. Alexander Sciſma.15.
ōfirmat. ꝛ Carolo veniā peteti ignoſcit: vbi et multa ad eccl'ie vtili

G

taté cõstituta sunt: Cõpletoq́ cõcilio e Mãtua Romã pficiscens: dũ Luca iter faceret: Maiorē vrbis ecclĩã btõ Martino dicatã: Cuius eps ipse fuerat: sacris solénib⁹ adhibitis cõsecrauit: ac eius canonicos ob beniuolẽtie magne inditũ. spãli puilegio mitra pastorali insignitos reddidit: Multis ẽt puilegijs. vt ex eoꝝ annalibus hẽtur. ipsãq́ ciuitatẽ insigniuit: Tandẽ Romã pfectus: haud multo post supuixit: Mortuus deniq́ in lateranensi ecclesia sepelitur.

Papa. 166. an. xpi. 1073. Gregori⁹ papa ei⁹ nois. 7. natiõe ethruscus. patria Senensis. pře Bonitio ildebrãdus monachus antea vocat⁹: post alexã. papã põtifex fact⁹: sedit ãnis. xij. mẽ. vno. ⁊ dieb⁹. 4. vir certe deo ⁊ hoib⁹ valde dilect⁹. prudẽs. qdẽ iustus. ⁊ modestus. paupeꝝ. pupilloꝝ q́ ac viduaꝝ patron⁹ ⁊ pr̃: Nec nõ ⁊ ecclĩe Ro. ꝯ hereticoꝝ iprobitatẽ ⁊ maloꝝ pncipũ potẽtiã: res ecclĩasticas p vim occupare conãtiũ accerrimus defensor: Qui põtificatu adepto: statim Henricũ impatorẽ admonuit: Ne deinceps largitiõe corruptus. epat⁹ ⁊ ecclĩastica bñficia alicui p symoniacã prauitatẽ cõmitteret: Cuius qdẽ admonitiõi suadẽte Giberto Rauẽnatis ecclĩe archiepõ. Henric⁹ obtẽpare renuit: imo Gibertus ipse. vir seditiosus ꝯ Grego. hũc Cyntiũ ro. ciuẽ pfectiq́ vrbis filiũ: virũ vtiq́ temerariũ cõcitat: Qui structis insidijs in natalis dñi nocte celebrãtẽ põtificẽ cepit. ⁊ secũ cũ dedecore nimio trahẽs in turri qdã munitissima reclusit: Sed die sequẽti Romã facinore cognito: ipsum Cyntiũ psequũt. ⁊ põtificẽ sctm̃ liberãt: turrimq́ euertũt. ac Cyntij edes fũdit⁹ subuertũt: atq́ ⁊ viros ⁊ mulieres de ei⁹ familia nato obtrũcãt: Quo tumultu Cyntius pterritus in Germaniã ad henricũ impatorẽ cõfugit: Cũ Grego. tantã iniuriã diuine maiestatis cã nõ diutius ferens Gibertũ ⁊ clericos cũ henrico ⁊ Cyntio senatũ anathemate notauit: Sed post modũ mathildis comitisse interuentu apud canusuꝫ oppidũ suũ ecclĩe ipm recõciliauit: Veꝝ paulopost: Henricus pacis federa abrupit. q̃ fungeret. indeq́ maioꝝ decreta. ad rescindẽdã simonie labẽ. ptinẽtia cõfirmauit: atq́ alia multa ea in synodo Gratiano teste cõstituit: Et p̃ clericis initiatis interdixit vxores hẽre. aut cũ mulierib⁹ simul hitare. nisi quas Nicena synodus. aut ceteri canones pmisere. Mãdauit q̃q́ oib⁹ fidelib⁹ xpianis dieb⁹ sabbatinis carnes nõ mãducare. vt de con. di. 5. c. quia dies sabbati. Vetuit deniq́ oibus monachis esum carnis. de con. di. 5. c. carnẽ cuiquã monacho: Tũ vo Henricus impator iratus magis q̃ monitus hitu cõuẽtu epoꝝ male sentientiũ gibertum olim Rauẽnatis ecclĩe epm. ab isto grego. summotũ. põtificẽ denuo creat: clementẽq́ appellat: Qui vna cũ Henrico Romã veniens ipm grego. papam diu in adriani mole obsedit ⁊ afflixit: donec a Roberto apulie duce liberatus est: Qui cũ eodẽ salerium vadens: ibidem pie in domino quieuit.

Cyntius romanus põtificem celebrantẽ cepit.

Carnes dieb⁹ sabbatinis mãducare prohibet.

Papa. 167. an. xpi. 1085. Victor papa huius nois tertius: abbas mõtiscassini Desiderius antea vocatus: gregorio põtifici hanno surrogatus. sedit anno vno. ⁊ mẽ. 4. Qui pontifex factus. statim

gregorij partes ↄtra gibertū antipapā tutandas suscepit: Quā ob causam. Henricū imperatorē sibi constituit inimicū: a quo etiā veneno in calicem misso. Tandē e medio sublatus est.

Rbanus papa ei⁹ noīs scd̄s: Odo antea vocat⁹. Cluniacensiū abbas victori pōtifici. hoc anno suffectus: sedit annis. 13. ꝛ men. 4. Uir qdē ꝛ doctrina ꝛ sctitate p̄cipu⁹. Qui ꝛ v̄bo. ꝛ ope. ꝛ exēplis. ac scriptis ellegātissimis dei ecclīā ↄ hereticos mirifice cōfirmauit. Cui⁹ ēt plīme ad Mathildim extant eplē. Succo plene. Eiusq̄ mathildis comitisse hortatu posteaq̄ in melphi concliū hūisset: Cū nullū qetis locū hēret: placētiā venit: atq̄ ibi aliā synodū hūit: In q̄ execrationē in Hēricū ꝛ Gibertū Antipapā a Gregorio factā cōfirmauit: petulantiā q̄q̄ſ q̄rūdā ecclīasticoꝝ ea in synodo teste Gratiano animosissime cōpe cuit. Statuit itaq̄. vt ordinatio epī sine titulo facta statim irrita eēt: vt legit̄ in decretis. di. 70. c. Sctōꝝ canonū: Cōsumata v̄o synodo: Urban⁹ h̄ Mathildi cōmitisse vile faciēs in Gallias trāsmigrauit: Ubi denuo de salute fidei cogitās: Conciliū apud Claromontē. Aluernie ciuitatē cōuocauit: ꝛ expeditionē in saracenos pro hierosolyma recupanda p̄suasit: ꝛ. 300. hoiuz milia ea inexpeditoe cruce signauit: Statutaq̄ alia eo in cōcilio multa facta fuere: Et inter cetera. vt hore de btā Maria a clericis q̄tidie exsoluerent̄: ꝛ ei⁹ offm̄ dieb⁹ sabbatinis solēniter celebraret̄: Eo q̄q̄ in cōcilio Philippū ꝛ ei⁹ vxorē excōicauit: Quo facto stati Romā redijt: vt cōpositis in italia reb⁹: Italos q̄q̄ principes ad eandē expeditionē animaret: Sed maximis seditionib⁹ a Joāne pagano viro seditiosissimo cepit exagitari: Quapp timore correptus in domo cuiusdā petri leonis ciuis Ro. potētissimi biēnio se cōtinuit: Mortuo deniq̄ Joāne p̄dicto liberior fact⁹. ad cōponēdū ecclīe statū. Iteꝝ aiuz adiecit. Et archiep̄z mediolanē scm pulsum: eo ꝙ cōtra ius fasq̄ ab vno cōsecratus fuerat: In gratiam recepit: ꝛ paliū humiliter petenti: Cū integra potestate restituit: Hoc idem ꝛ Toletano epō fecit: Tandē vir sanctus post multas p̄secutiones ꝛ labores. 4. kl̄. augusti moriens. in sancto Petro Ro. sepelitur. ꝛ post sedes sexdecim vacauit dies.

Ascalis papa ei⁹ noīs scd̄s: natiōe Italus. ex flaminea p̄uincia oriūdus: patre Crescētio. Raynerius antea vocatus. hoc anno Urbano pōtifici suffectus: sedit annis. 18. men. 5. ꝛ dieb⁹. 7. Hic ēt monachus existēs nolens inuitusq̄ pōtifex creat̄: Qui ecclīa dei p̄pe labenti quorūdā seditionib⁹ cōsulturus copias suas i Gibertū Antipapā maloꝝ oium caput mittit pp ꝙ Gibert⁹ timore pterrit⁹: nō multo post subita morte interijt: pacata mox ecclesia pascalis ingenij magni: ꝛ ai maximi vir: a religiōe ad arma cōuersus adiuuātib⁹ amicis castellanā vrbē ac b̄n̄uentanā ab hostib⁹ occupatas vi ꝛ armis recepit: His ꝛ alijs plimis facinorib⁹ strenue gestis: Pascalis i cisalpinā p̄ficiscit̄ p̄uinciā: vbi ad guardacastellū agri cremonensis oppidū: cōuentu multoꝝ p̄ncipū ꝛ epōꝝ habito: De homagijs: de pheudis: de sacramētis: per antea laicis exhibitis

Papa. 168.
an. xpi. 1086.

Synodus.

Offm̄ btē marie virginis in sabbato dici debet.

Papa. 169.
an. xpi. 1100.

Hic fuit monachus.

exhibēdisue magna habita est rō. Ibidē quoqꝫ Emilie pūincie vr/
bes. v3. placētiā. parmā. Rhegiū. Mutinā. ⁊ Bononiā: Rauēna
ti ecclie tāqꝫ metropoli ampli⁹ nō subeē. Cōstituit qd diu ipsa Me
tropol' ecclia rauēnatis. romano pōtifici rebellis fuisset. atqꝫ cū in
telligeret. Sacerdotes gallos nō ita itegre. vt decebat vitā ducē:
Eo pfect⁹ apud trecas cōuētū hūit. ⁊ redactis ad laudabiliorē vitā
⁊ cultū ecclijs. In Italiā ppe redijt. qd itellexerit ibidē oīa seditio
nib⁹ pturbari. Uex haud multopost cō positis i Italiā reb⁹. Ad bellū
asiaticū lrīs ⁊ nūtijs oēs xpianos pncipes aiauit. Uex cū recusa/
ret cōfirmare epos quos heretic⁹ 5 fas iusqꝫ pro libidine. qbus vo
luisset. cōcesserat vna cū cardinalib⁹ ab henrico Impatore capit. ⁊ in
carcerē trudit. Nec inde prius eductus est quā oēs in epatu ɔfir/
maret. Atqꝫ h mō reb⁹ cōpositis. ipatorē denuo coronauit: receden
te postea ab italia imperatore: pascalis hic aliud cōciliū apud late/
ranū congregans oīa que Henrico pmiserat reuocauit: asserens nō
sponte sed coacte. in cesaris sniam venisse: post hec. Ro. 15. ecclias
consecrauit: atqꝫ alias plurimas restituit: Mortuus deniqꝫ in ɔstā/
tiana basilica. xv. kl. februarij maxima cū pompa sepelitur.

Papa. 170. an. xpi. 1118.

Gelasius papa huius nois. 2. patre Cresentio ciue Cayeta/
no: hoc āno pascali pōtifici successor factus. Sedit āno. 1.
⁊ men. 5. Hic a teneris annis ingenue educatus in monte
cassino Religionis documenta sub Odorosio Abbate sanctissimo
suscepit: ac per optie didicit: vir ⁊ ipse sanctissimus ⁊ oī laude dignis/
simus: si vitā continentissimā. si mores. si doctrinam singularem in/
spicias. Nam constanter ⁊ sancte mentis in procellis humanarum
perturbationum vitam duxit: vnde Cyntius fregipinus patritius
Ro. vir potentissimus: quia contra eius voluntatem pontifex crea
tus fuit: Ira percitus eum statim comprehendit: ⁊ in terram deie/
ctum. ⁊ calcibus ⁊ pugnis primo contriuit ac postmodum in vincu
la coniecit: Uex a populo cōfestim liberatus ⁊ a clero de more co/
ronatur: persequente deinde illum Henrico imperatore. in gallias
confugit: ibiqꝫ a cluniacense abbate. honorificentissime susceptus:
cūqꝫ in monasterium peruenisset pleuresi correptus moritur: atqꝫ
ibidē intra cenobij limina sepelitur.

Papa. 171. an. xpi. 1120.

Calixtus papa ei⁹ nominis scōs: Uienēsis archiepiscopus.
Natione burgundus comitisqꝫ burgundii frater: hoc āno
a cardinalib⁹ qui ibidē aderāt Gelasio pōtifici substitut⁹:
sedit annis. 5. ⁊ mē. 10. Hic ex regū Frācie. Anglieqꝫ ac Germanie
prosapia oriundus fuit: Guido antea vocatus iuris ciuilis ac sacre
theologie doctor: Qui nō prius pontificatū acceptare voluit: quā
cardinaliū Ro. existentiū: clericqꝫ ac ppli Ro. consensu habuisset:
Quo qdē habito. Romā venit ⁊ magno desiderio magnoqꝫ hono
re exceptus est. statimqꝫ beneuētū se transtulit: atqꝫ ibidē oēs prin/
cipes conuenit: ⁊ qꝫ maxime Gulielmus apulie ducem Iordanum
campanie comitē: ac alios insignes viros illius Italie partis prin/
cipes quibus adhibito sacramento iureiurando promiserunt se in

Hic sacerdotes gallos nō bene viuētes ad meliorē vitam reduxit.

potestate Ro.pontificis semper affuturos.indeqꝫ Romam rediēs
legatos ad Henricum imperatorem:qui pacem cum eo firmarent
misit:Atqꝫ rursus beneuētū rediit:causa aūt illius itineris fuit.qđ
Gulielmus apulie ⁊ calabrie dux Alexi imperatoris greci filiā du
cturus vxorē:cū cōstantinopolim nauigasset curā sui ducatus huic
pontifici cōmisit seu reliquit:cūqꝫ ibidē multos suoꝝ febribus am/
misisset:⁊ ipse tādē egrotus Romā relatus est:Ubi valitudine rein Concilium la
tegrata.apud lateranū nōgentoꝝ patrū cōciliū celebrauit:vbi de/ teranense.
cretū est militie suppleméta ⁊ auxilia mitti:ne xp̄iani qui i asia erāt.
capto balduino opprimerent.Unde ⁊ Genuēses ⁊ Uenetos ac Pi Uenetorum
sanos magna classe in hostē concitauit:in ea nāqꝫ classe: vt Jacobꝰ classis.
theologus scribit.Genuenses sui .70. naues onerarias misere:Qui
bus optie ex snia gestis Calixtus aliqd quietis ab externis nactus:
Basilicas multas in vrbe refecit:ac vrbis menia instaurauit: atqꝫ
arces oēs cōmuniuit:nec nō ⁊ aquā quādā i vrbe itroduxit: Mul
ta quoqꝫ donaria ecclesijs hincinde obtulit:Tādē de deo deqꝫ om
nibus benemeritus anno.5.sui pontificatus quieuit in pace.

Onorius papa.2.huius nois:Natione imolensis:ep̄s bo/ Papa.172.
b stien.lābertus antea vocatus:Hoc anno Calixto pōtifici an.xp̄i.1126.
suffectus.sedit annis.9.men.5.⁊ diebꝰ.3.Qui ⁊si obscuro
loco natus.lraꝝ tamen ⁊ moribus tanto magistratu dignū se fecit:
Attamen eius ingressum non eque bonū fuisse tradunt:Quia quo
rundā ambitione potiusquā omniū bonoꝝ consensu iniisse:Ponti/
ficatum ferunt:Et nihilominus pontifex effectus:statim cardina/
les quosdam insignes viros creauit:quoꝝ consilio ⁊ opa magnis
in rebus semper postea vsus est:Tandē cū pontificatuꝫ per quin/
quennū recte gubernasset:moritur.⁊ cunctis collachrymantibus
in basilica lateranensi sepelitur.

Nnocentius papa huius nois.2.natiōe Ro.patre Joāne Papa.173.
i de regiōe trāstyberim Honorio pōtifici hāno surrogatus. an.xp̄i.1131.
sedit annis.19.mē.8.⁊ diebus.8. Qui pōtificatu suscepto
statim in rogeriū apulie ducē mouet:a quo post dira vtriusqꝫ pre/
lia pōtifex ipse cū multis cardinalibꝰ captus est.Sed Rogerius.vt Pontifex ca/
erat vir prudens.capto pontifice reuerentia ⁊ modestia vsus.sta/ pitur.
tim ipsum liberū cū cardinalibus esse voluit:⁊ Romā maxima cū
reuerentia remisit.At pōtifex Ro.reuersus:vbi Petrū Ro.ciuē
antipapā creatū ⁊ omnia seditionibus plena cerneret resqꝫ ad mul
torum cedes spectare videret.spōte cessit ⁊ primo Pisas adnauiga
uit:Deinde Genuam a quibus omnibus piientissime ⁊ munificen/
tissime susceptus in frāciā tuto presidio perductus est:Ubi ⁊ a bea Beatus Ber/
to Bernardo viro sanctissimo. ⁊ a cunctis principatibus. quibus nardus.
beatum Bernardum maxima prosequebantur reuerētia:Qui om
nes apud montem clarum eius rei gratia conuenerant:magnificen
tissime suscipitur:eoqꝫ loci concilio celebrato multorum patrū: Pe
trum Antipapam cum suis sectatoribus condemnauit: in belgis
deinde alia synodo celebrata. statim in italiam vna cum Lothario Synodus.

Impatore rediit. Celebrato ēt apud Placētiam vrbē cōcilio Pisas se cōtulit: Quā qdē ciuitatē cū Genuensi pp̄lo iāpridē desidētē ad pacē tandē redegit: His gestis vna cū impatorē Ro. accessit ꝛ magno cū exercitu vrbē ingressus. nusq̄ȝ Antipapa aparente in lateranū puenit: Atq̄ȝ ita factiosos ꝛ Rogeriū Sicilie regē ad sanitatē ꝛ obediētiā redegit: Uer dū getura respublica xp̄iana putaret: Eccl. Ro. ꝫ eū cornua erigētes: Senatores more antiquo denuo, crāt: Qui rēpublicā Ro. Dictionēq̄ȝ ad seculares ptinētes gubernarēt: Unde ꝛ pōti. vt ꝛ bis etiā resisteret: Apud lateranū conciliū aliud hēre voluit: Atq̄ȝ eo cōcilio Gratiano teste ꝯstōnē edidit: Ne

De percussiōe clerici. qs laycus sub anathematis pena manū violentā in clericū mittere p̄sumeret: sicut hēmus in canone. 17. q. 7. c. Siqs suadēte diabolo: Mādauerat itē supiorib⁹ annis in remēsi ꝯcilio: subdiaconib⁹ ꝛ supra. sub omni bñficiorꝫ p̄uatiōe cōtinenē viuere: vt ēt legit intra decreta. 18. di. c. decreuimus vt hij: Uetuit p̄terea neqs ep̄s in eccl'iastico beneficio sibi successorē cōstitueret. 8. q. i. c. Ap̄lica auctoritate. Tandē in anno dñi. 1143. defunctus. apud lateranū sepelitur.

Papa. 174. an. xp̄i. 1145. Celestinus papa eius nois scd's. natiōe Tuscus. ex quodā c sancte felicitatis castro nat⁹: Guido antea vocatus: Hoc anno in innocētij pontificis locū oium cōsensu pontifex creatus: sedit mēsib⁹. 5. Hic beatus tantūmodo in hoc dici potest: q̄ nullis seditionibus toto suo ponti. vexatus fuerit: pp hāc. vt arbitror causam. quia vbiq̄ȝ peste laboratū est: Ex qua ēt ipse men. 5. defecit: ꝛ in lateranensi basilica sepultus fuit.

Papa. 175. an. xp̄i. 1146. Lucius papa scd's: hui⁹ nois: natiōe bononiēsis p̄re Alberto l post Celestinū pōti. p̄dictū: sedit mē. xj. dieb⁹. 9. Hic tituli scē crucis i hyerusalē p̄sbyt cardinal' fuit: Quā qdē basi. ferme totā collapsā ꝓprijs expēsis restituit: Qui inito pōti. nil p̄termisit: q̄ ad expeditionē hyerosolimitanā necessariū putabat: Uerū ꝛ ipse dū i his v̄saret: peste absumit. ꝛ in lateranēsi basilica sepelit.

Papa. 176. an. xp̄i. 1147. Eugenius papa ei⁹ nois. 3. natione Pisanus scti Anastasij e Abbas: quē btūs Bernardus monachū fecerat. post Lucium pōti. ellectus papa. sedit ānis. 8. mē. 7. ꝛ dieb⁹. xx. Hic vir prudētissim⁹: ꝛ optim⁹ qdē fuit: Qui Ro. conat⁹ intelligēs: q̄. S. senatores suos cōfirmari oino volebāt: Ad fersense monasteriū no ctu i sabinos abijt: Ibiq̄ȝ cōsecratus stati Romā redijt: ꝛ molestantes Romanos molestare cepit: Qui pace postulata magistratu se abdicarūt: Sed paulopost intelligēs dolose ꝫ eū Romanos agere velle: Tiberi dilabit: Quē Ro. nō sec⁹ q̄ȝ Gelasiū olim cū sagittis p̄secuti sūt: Ille aūt Pisas. ꝛ deide in Frāciā nauigauit: vbi repto Bernardo p̄re suo ad Ludouicū frācie regē se cōtulit: illūq̄ȝ cruce signauit: ꝛ multos cū eo in Turcos ꝛ saracenos aiauit: Inde regis auxilio fretus Romā redijt: ꝛ a Romanis cum magno apparatu: ꝛ eximia omniū expectatiōe exceptus est: Uer cū Tybur recreādi animi gratia cōcessisset: nō ita multo post ibidē vita discessit. Romāq̄ȝ delatus: in basilica beati petri sepelitur.

Nastasius papa ei⁹ noīs. 4. natiōe Ro. ex p̄re Benedicto papa.177.
a nat⁹. scti Ruffi vilctrinie diocesis abbas: Eugenio ponti an.xpi.1153.
fici B āno suffectus: sedit ānis. 2. mē. 4. ⁊ dieb⁹. 24. Uir cer
te piētissimus ⁊ multe misicordie insignitus: Qui cū in tota ferme
Europa fame ⁊ graui peste laboraret: Clā ⁊ apte largas paupibus
elemosynas: ēt ex Romanā vrbē p̄bebat: Hic itaq̧ pōtificatu ade
pto: more calicē pulcherrimū opis pōdo marchar. xx. ⁊ alia q̄dā do/
naria lateranēsi eccl'ie cōdonauit: Palatiū deide p egregiū apud
sanctā Mariā rotūdā edificauit. Cūq̧ religiosos viros plīmū ve/
neraret. ⁊ priuilegijs amplissimis ⁊ gratijs cōmuniuit. ⁊ q̄ maxime
Guilielmū heremitar scti Augustini p̄fessum: olim Agtanie puin/
cie ducē summa deuotiōe cōplexus est: Multa. n. tū ad dignitatē
eccl'ie. tūq̧ ad ornatū vrbis facere statuerat: qd̄ ⁊ fecisset: Nisi in
matura morte p̄uentus fuisset: Tandem viam vniuerse ingressus.
in basilica lateranensi sepulchro porphiretrio sepelitur.

Drianus papa. 4. hui⁹ noīs. natiōe anglic⁹ p̄fessiōe mona/ papa.178.
a chus. hoc āno Anastasio pōtifici suffectus. sedit annis. 4. ⁊ an.xpi.1157.
mē. x. Hic cū esset egregi⁹ declamator ab Eugenio tertio
in Norueglā puinciā cōuertedū missus fuit. ⁊ ita illā. vt dictū est.
ad xpi fidē cōuertit: qui magistratu suscepto: minis ac p̄cib⁹ a ro/
mano pp'lo tētatus fuit. vt. s. liberā vrbis administrationē cōsulib⁹
relinq̄ret: qd̄ se facturū cōstantissime recusauit: Quā ob cām pp'ls
indignat⁹. Cardinalē vnū multis affici plagis fecerūt: vnde pōti/
fex eos acerba ⁊ dura execratiōe ac iterdicto p̄secutus est: Itidē
fecit in Guilielmū Neapolitanū ⁊ sicilie regē: Qui multas eccl'ie
occupauerat vrbes. Uer postea pontifex eū in gratiā receptū oīa
errata pepcit: Hic itaq̧ romanā dictionē plīmū auxit. ⁊ circa lacū patria sancte
sctē Cristine seu vulsinū multa castella erexit. atq̧ muniuit. ⁊ pre/ cristine.
dia comitib⁹ coemit. Primusq̧ pontificū vrbē inhabitauit. quā ēt
menib⁹ ⁊ edib⁹ cultiorē reddidit. vbi aliq̄ntulū imoratus Romā re
uersus est: Sed ibidē malignā consulū cōuersatiōnē odio habens.
Agrignanū petijt. vbi paulopost deficiens. corpus suū Romā de/
latum in basilica beati petri sepelitur.

Lexander papa. 3. hui⁹ noīs. natiōe senēsis. hoc āno adria papa.179.
a no pōtifice defūcto. a duob⁹. ⁊ viginti cardinalib⁹ p̄sbyte/ an.xpi.1161.
ris delect⁹. sedit annis. 21. ⁊ dieb⁹. 19. Uir certe strenuus
animiq̧ excellētissimi insignit⁹: In cui⁹ ellectiōe maxima in vrbe
roma suborta est seditio. eoq̧ duo maximi pontifices cōstituti fu/
erūt: Quor vn⁹ B. alter vo a trib⁹ solūmō pphanis cardinalib⁹ vi
ctor appellat⁹ est. q inter se dissentiētes victor ad Federicū impa
torē. Alexāder vo ad Saluagnū mediolanēsiū p̄ncipē ⁊ Philippū
franchor. atq̧ Henricū anglor reges. ac alios Italie p̄ncipes cōfu
git: quā ob cām Federic⁹ ēt alios pōtifices maximos creauit. Nā
victore p̄dicto mortuo. p̄mo pascalē post Calixtū. deinde Innocē/
tiū pōtifices summos ōstituit. q oēs i suā execratiōē pessima piere.
Alexander itaq̧ B. talib⁹ ⁊ tā cōtinuis circūdatus seditionib⁹. quū

etiā Federicus omnē ferme Ro. ecclesie dictionē occupasset. hor-
tāte Philippo frācoꝝ rege. ⁊ Gulielmo sicilie rege strenuissimo. ac
potentissimo. in trāsalpinā galliā cōtendit: vbi ⁊ in claro monte con
cilio habito: Federicū iperatorē ac victorē Antipapā cū eoꝝ com-
plicibus scismaticis anathemate notauit: Quapp Federic⁹ turba-
tus. destructis mediolano ac alijs cōpluribus italie vrbibus euesti-
gio in germaniā cōcessit: Mortuo aūt apud lucā ethrurie vrbe vi-
ctore antipapa: Guido cremonensis a seditiosis surrogat̄: ⁊ pascalē
appellant: interim Alexander ab amicis suis cōsulibus Ro. ex gal-
lia reuocatus. cisalpine gallie populi in libertatis spem erigunt̄. Et
Federicū iperatorē seuissime ipantē arma suscipiūt: ⁊ eius p̄sidia ex
munitionibus eijciunt: Quo audito. federicus rursus ex germania
cū magno exercitu in ausoniā venit: ⁊ vlciscēdi iniurias. vt ipse di
cebat. occasiōe nactus in Ro. vrbē rex dominā mouet: pro quo pō
tifex eius vires perhorrescens post durā vrbis obsidionē: ⁊ horren
das vtriusqꝫ ptis cedes decimoseptimo sui pōtificatus anno. sui co

Pontifex Venetias fugit: in mōasterio Caritatis.

qui sumptis vestibus eo i habitu Venetias ꝓfugit. ⁊ ad diue virgi
nis de charitate monasteriū pauloante a Marcho Juliano condi
tum ꝓfectus. ibidē ab accolis recipit̄: ⁊ ortulo p̄ficit̄: post aliquot ve
ro mēses. cū qdā noie Comodus. eū ibidē agnouisset velut insensa-
tus. Confestim ad Sebastianū ziano vrbis pricipē cucurrit: ⁊ secre
te significauit: in vrbe Veneta adesse pontifice Ro. Qui re cogni

Marcus Iulianus.

ta. mox senatū cōgregans cū oi apparatu ad pontificis diuersoriū
accessit: Cōptoqꝫ ibidē pontifice Ro. in tali habitu despecto: cū cru
cibus alijsqꝫ solēnibus cerimonijs ad diui Marci tēplū cū oi gau-
dio ⁊ plausu p̊ pduxeūt: Cūqꝫ ibidē pōtifex ante altare ex more cō
sedisset: Inprimis ipm Principē ⁊ Senatū. ac oēm populū benedi
xit: Deinde Venetis oib⁹ gratias egit: Jmpator vo audiēs summū
pōtificē Venetijs adesse Othonē filiū suū cū armata classe ad re-
poscēdū ipm Venetias misit: Cui Sebastian⁹ pnceps occurrēs: fa
cto congressu ipm supauit: ⁊ Venetias captiuū pduxit: Otho aūt
ad pōtificē pductus eo ꝓcurāte, pax inter pōtificē ⁊ impatorē p̄res
cōponit̄: Altera vo q̄ secuta ē dies federic⁹. Venetijs venit: ⁊ pacē
a filio cōfectā h̄ mō approbauit: vt Ro. ⁊ q̄ dictiōis erāt eccl̄iasti-
ce summo pōtifici restituerent̄. ⁊ qcqd ille pro ppetrata culpa iniū
geret patiēter pferret: Jsto igit̄ federe inito. Alexāder summus pō
tifex cōfestim ad ianuas tēpli diui Marci Euāgeliste accessit: Et
ibidē vniuerso astante populo. Impatori iussit: vt se humi ꝓsterne-
ret: ⁊ veniā denuo expostularet: Quo facto Alexāder pōtifex Im-
peratoris collū pede cōprimēs ait. Scriptū est: Sup aspidē ⁊ basi-
liscū ambulabis ⁊ cōculcabis leonē ⁊ draconē. at federicus nō tibi
inqt: Sed Petro. Cui successores pareo. Et summus pōt. respōdit:
⁊ mihi ⁊ Petro. ac sic inter Impatorē ⁊ summū pōtificē pace com
posita: Jpse Impator cū bona venia recedēs se cōstantiam cōtulit.
atqꝫ ēt ibidē pacis federa cū oibus Romano Impio subditis per-
cussit: q̄ pax cōstantiana nūcupata est: ac pro lege habita apud no-

ſtros allegatur: abiens aūt Uenetijs ſūmus pōtifex. cū Gulielmi ſi culi regis triremibus. xiij. ꝛ quattuoꝛ Uenetis ob acceptū bñficiū q buſdā gratijs. ꝛ ꝓuilegijs Uenetū ducē atꝙ ſenatū exoꝛnauit: Et ꝑ eidē funale candidū cōceſſit. ꝙ ſolis pōtificib⁹ Romanis poꝛtandū cōſuetudo erat: Jtē ꝙ plūbo eoꝝ epiſtolas ac ꝓuilegia ſigillare de/inceps poſſent. q tm̄ ſūmis pōtificib⁹ licitū erat: Tertio eidē pꝛinci pi vmbꝛellā ꝯceſſit. Que eſt oꝛnamētū galero ꝑſimile: Quarto Ue netoꝝ pꝛicipi ēt in theatro ſedē fieri fecit. Cū prius due tm̄ in pape theatro. ſedes erant quaꝝ dextrā ſūmus pontifex. ſiniſtrā vero Ce ſar tenebat. Demū in aſcenſione dñi noſtri Ieſu xpi plenariā idulgē tiā in tēplo diui Marci Euāgeliſte ꝑpetuo duraturā cōceſſit: que in pꝛeſens vſꝙ ꝑdurat: Quinto ipſi duci octo vexilla ſiricea diuer ſoꝝ coloꝝ cōceſſit ꝛ obtulit: Sexto deniꝙ cereū albū eidē cōdona uit: Que oīa in palatio diui Marci arte ac ingenio Gentilis belli no nunc miro Artificio depicta vidētur: cūꝙ tertio hic ponti. Ro. veniſſent. ꝓdēte obuiā honoꝛis gratia oī ꝑplo. ſtatimꝙ apud latera nū conciliū celebꝛauit: Tū maxīe. vt moꝛes curie iā nimia licētia labefactatos cōponeret. tū ēt vt alia ad rē xpianā publicā neceſſa/riā cōſtitueret: qb⁹ reb⁹ ſic geſtis: dū poſt lōgos laboꝛes qetur⁹ ſpa ret. āno pōtificat⁹ ſui pmo ꝛ. xx. Ro. moꝛit: ſublatis pꝛi⁹ e medio. qt/tuoꝛ ſciſmaticis pōtificib⁹: qꝝ ſeditiōib⁹ eccl'ia Ro. fere ſubuerſa ē.

Gentilis Bellinus. pictoꝛ Egregius.

Ucius papa eius noīs. 3. natione Lucanus: poſt Alexan/ l drū pontificē ſedit ānis. 4. ꝛ men. 2. hic optimus vir. cū pō tificatu ſuſcepiſſet. cū conſultū nomē e romana republica abolere anniteretur. ex vꝛbe eiectus eſt: atꝙ eius fautoꝛibus Ro. in ſeditionē verſi oculos effudere: vnde pontifex Ueronā veniēs: ibidē ꝑp acceptā tā grauē. a Ro. cōtumeliā ibidē magno habito cō cilio: ꝛ ipſoꝝ licentiā iꝓꝛobauit: Et pꝛincipes xpianos adhoꝛtat⁹ ē: vt noſtris in aſia ꝛ ſyria laboꝛātibus ꝓ xpo ſuccurrerent: dū aūt ꝓ hac re nūtij vltro citroꝙ mitterent: ibidē Sanctus ponti. emoꝛit. ꝛ magna adhibita pōpa ante altare cathedralis eccleſia ſepelit. Hic lucenſibus ſuis a federico iꝑatoꝛe ſignādi pecuniā licētiā ipetrauit.

Papa. 180. an. xpi. 1181.

Rbanus papa tertius hui⁹ noīs. Natione Mediolanen v ſis patre Ioāne gente nobili cribella natus: hoc āno lutio pōtifici ſuffectus ſedit āno vno. ꝛ mē. q̄ſi. xj. Qui quā pmū pontificatū inijt. reuocare ad cōcoꝛdiā xpianos. ꝛ quā maxie in aſia ānixus eſt: vnde pꝛio pōtificatus ſui āno cōparāde claſſis gratia. ne hyeroſolima caperet: Uenetias venit. Sꝫ audita hyeroſolimoꝝ ca ptiuitate: ac xpianoꝝ miſeria. ex doloꝛe aī accepto: in itinere apud ferrariā obijt ibiꝙ ſepultus fuit.

Papa. 181. an. xpi. 1185.

Pōtifex ferrarie moꝛitur.

Regoꝛius papa eius noīs. 8. genere beneuentanus vꝛba g no pontifici. hoc āno ſūmo oiuꝫ cōſenſu. ſuffect⁹: Sedit mē ſem vnū ꝛ diebus tātūmō. 27. Qui pontificatu inito pari ardoꝛe contra barbaros accenſus: ſtatim piſas ꝓficiſcitur. vbi dum genuenſes cū piſanis compoſuiſſet: hāc eis legē impoſuit: vt vterꝙ populus claſſem ꝯtā poſſent. Cōgregarēt. ꝛ in aſiā pꝛo xpiana reli

Papa. 182. an. xpi. 1186.

h

pisani populi maritimo bello potētes. | gione tuēda pferarēt: Erat tūc populus pisanus bello maritimo admodū potēs. Sed dū hec ardētiori cura vir sctūs ageret: Ibidē moritur: atq3 eo in loco cū luctu maximo sepelitur.

papa.183. an.xpi.1186.

Clemēs papa.3.hui⁹nois.pře Ioāne ciue Ro.nat⁹.postea pōtificatū accipiēs.sedit annis.2.3 dieb⁹.16. Hic ēt pōtificatu suscepto. Cōsesti de bello i saracenos ducēdo edictū pposuit: postmodū nōnulla edificia in vrbe extruxit: Et claustrū apud sctm Laurētiū ex muros edificauit: 3 edes lateranēses vetustate collabētes nō mediocri impēsa restituit: 3 eius tēplū musiuis exornauit: Nec nō 3 quorūdā clericoꝝ mores pphanos sua seueritate emēdauit: Atq3 cū tācredo apulie tyrāno bellū gessit: Tādē cū mortē obijsset in lateranēsi ecctia cū ingēti pompa sepelitur.

papa.184. an.xpi.1188.

Celestin⁹ papa hui⁹nois.3.natiōe Ro.Clemēti pōtifici 8 anno suffect⁹.sedit ānis.6.mē.7.3 dieb⁹.xj. pōtifex qdē p oia bonus imo 3 optim⁹. Qui suscepto magistratu. Hēricū. vt dictū est. Corona coronauit: Atq3 ei Cōstātiā monachā i mřimoniū collocauit: Et qād vixit nil ptermisit. Quo min⁹ hyerosolimitana ciuitas recuparet. Et l3 i multis belloꝝ sūptib⁹ qtidie opprimeret. tñ egregias edes apud sctm petrū 3 lateranū extruxit: Moriēs tandē cūctis p dolore lachrymātib⁹ in bti petri tēplo sepelitur.

papa.185. an.xpi.1199.

Innocēti⁹ papa ei⁹nois.3.pria Cāpan⁹: patre Trāsimūdo anagino ex ifima plebe nato: papatū post Celestinū pōti. accipiēs. sedit ānis.18.3 mē.4.ac dieb⁹.xxiiij. Uir certe in oī genē vite pbatissim⁹ atq3 doctissim⁹.q 3 a pmeua etate. parisi⁹ lřis opa3 dedit: vbi tm̄ pfecit.φ postmodū multa libroꝝ volumina cōposuit: Inter q̄ extat liber de mišia cōditiōis hūane. Qui incipit. Quare de vulua mřis. De offi ō misse.li.2.Incipit Tria sunt: De sacro baptismi.li.i. De claustro aie.li.i. In septē psalmos penitentiales.li.i. Decretales antiq.li.i.q̄s qdē obsuari mādauit: In qb⁹ multas here ses iprobat: Sič i pnc⁹ volumis hēt. Itē multos smōes cōposuit: De tpib⁹ dieb⁹ singlis accōmodatos. Eius āt opa 3 ipēsa hospitale sc̄ti Spūs itra vrbē leoninā cōditū: 3 magnis puentib⁹ auctū fuisse cōstat: φ postea Sixt⁹ qrt⁹pōtifex miro cultu exornauit: Indeq3 basilicā sc̄ti Sixti vetustate collabētē restituit: vniuersisq3 ecctijs.q̄ intra vrbē erāt pro oficiēdis calicib⁹.argēti librā vnā obtulit: Et altare bti petri pñmū ornauit: Uex dū pusij tollende discordie causa: Inter genuēses 3 pisanos vigebat pfect⁹ eēt: Ibidē in pace quieuit: hic pmū ordinē diui Augustini heremiticū sua sub tutela.v3.apostolica suscepit: vt p3 ex eius indulto.φ incipit Solet annuere.

papa.186. an.xpi.1214.

Honori⁹ papa ei⁹nois.3.natiōe Ro.patre americo.8 anno Innocētio pōti.succedēs.sedit ānis.x.mē.7.3 dieb⁹.13. Uir sane doct⁹.3 vt pastorē decet optim⁹. Qui pōtificatu inito Impiales titulos Federico scdo statī cōtulit: Quē tamē postea iurib⁹ ecctiasticis sibi vsurpatis. Anathemate pnotatū postea dignitate puauit: Deide vt pferēs tur petrū altissiodorēsem Cōstātinopolitanū impatorē coronauit: Et cū ordinē heremitaꝝ. put Innocēti⁹

fecerat protegendū susceperat:etiā ordines nouos.vz.predicatoꝝ
ꝛ minoꝝ cōfirmare voluit: Hierosolymoꝝ etiā regem noie Joannē
ex asia ad se Romā venientē benignissime suscepit:ꝛ multis mu-
neribus a se donatū.in angliā remisit:basilicā quoqꝫ diui Lauren
tij extra muros.ꝛ basilicā sctē Bibiane.nec non ꝛ scti Petri Sctā
Sctōꝝ restituit.atqꝫ edes Marij Marthe ꝛ Audifax edificauit.
Et cū esset doctor egregius multas decretales ꝛ ipse composuit:
Et cū in omnibus bene ꝛ optime vitam duxisset: Tandē sanctissi-
me moriens.in basilica sancte Marie maioris sepelitur.

Gregorius papa hui⁹ nois nonus:natione Anagninus.de pſapia Innocētij.3.pape honorio pontifici hoc āno suffect⁹. sedit annis.xiiij.ꝛ men.iij. Hic suscepto pontificatu.honorij pdecessoris sui sniam in federicū ꝓlatā cōfirmauit:q2 ad recupandā hierosolymā pficisci nolet:pp q2 Impator ipse inimicitias graues:ꝛ maximas aduersus pontificē constituit: Et exercitu cōpato:stati in eū mittit.cūqꝫ in vrbe obsidēs.ét magnā patrimonij ptē occupauit ac Ro.pene oēs pecunia corrupit:bonis itaqꝫ tpalib⁹ pōtifici defi ciētib⁹.ipse delatis p vrbē supplicādo apłoꝝ capitib⁹ pplm ad cōmi serationē in ipm cōmouit:ac sic tumultuātes Romanos i suā sen- tentiā traxit:ꝛ adeo vt eos ipulerit:pro ecclesia ꝛ pontifice crucem ꝛ arma suscipe:ac veniētē Jmpatorē ab vrbe sūmouere: Federic⁹ aūt ira parcit⁹ multos captiuos varijs cruciatib⁹ interfecit:ac mul tas vrbis ecclesias arripuit ꝛ eaꝝ muros euertit:atqꝫ alia loca fer ro ꝛ flāma vastauit: Quā obrē Gregori⁹ de abrogādo Federico cō ciliū celebrauit:ſꝫ re ab ipso Federico cognita:vias oēs terra ma riqꝫ pclusit:ꝛ quosdā cardinales ac ꝑlatos adiuuātib⁹ pisanis suis i mari cepit:ꝛ in carcerē cōiecit:imo demersit: Qua ex re tm̄ dolorē Gregori⁹ hic ꝯtraxit.vt nō diu postea supuixerit: Hic itaqꝫ pōtifex Dominicū predicatoꝝ ducē:ꝛ Antoniū ordinis minoꝝ fratrū:atqꝫ Elisabeth Ungarie regis filiam:ꝛ Franciscū seraphicū minoꝝ pa trem vltimo sui pontificatus anno: in sanctos retulit confessores: Genuenses vero ac Uenetos dissidentes ad cōcordiā reuocauit: vtqꝫ deinceps in bellis gerendis vtrisqꝫ impense cōmunes essent: ꝛ signa vicissim vtriusqꝫ ferrent: Qui tādem multis quassatus erū- nis ꝛ laboribus: Quartodecimo sui pontificatus anno moritur. Papa.187. an.xpi.1228. Hic canonizauit diuum Dominicū. Antoniū. Elisabeth. ꝛ Franciscū.

Celestinus papa hui⁹ nois q̄rtus.patria Mediolanensis gēte nobili Castelliona natus: Gregorio pontifici h anno suffectus.sedit tm̄modo diebus.18. Et post sedes vacauit menses.xxj. Cum per capturam cardinaliū electio dilata fuisset: Hic itaqꝫ vir vita.ꝛ sciētia.ac prudētia admodū insignis fuit: Cu- ius snia hec fuit precipua.Difficilius inquit.In secūdis rebus: q̄ȝ in aduersis esse moderatū. Hic tantū eloquentia valuit: vt Fede- ricū dimissa ecclesia cōtra mauros trāsferre cōpulerit: Quāuis in sententia nō manserit:quia statim in Jtaliam non sine magno de- decore redijt: Dum enim Federicus cōtra Mauros accessisset: Celestinus hic vita decessit: Et sic illa incepta dimisit. Papa.188. an.xpi.1240.

Papa.189.
an.xpi.1242.

INnocentius papa eius nois.4. Sinibaldus antea vocatus gente fuscbanatus comitũ lauanie.patria Senuensis: Tandẽ cardinalib⁹ a federico detentis in libertatẽ redactis.Anagnie pontifex creatus:sedit ãnis.xj.men.6.ꝛ diebus.6.vir qdẽ doctissimus:ꝛ aĩ virtute ꝑstantissim⁹cuius ellectionẽ eã ob cãʒ federico ingratã fuisse tradũt:quãuis amicissimus ante ellectioneʒ fuisset.cõgratulabundus rñdit:bonũ est cardinalẽ amicũ in acerrimũ hostẽ Ro.põtificẽ ꝑmutasse. Hic itaqꝫ põtificatu inito.Balduino grecoꝝ impatore interueniẽte de ineũda pace cũ eodẽ federico mentionẽ fecit.Sed cũ didicisset sibi ab eodẽ federico isidias paratas esse.subito genuã cũ duab⁹ triremib⁹ ꝛ.xx.a suis cõciuib⁹ missis profectus est: vbi magno oiuʒ applausu susceptus:inde in frãciã nauigauit:exceptusqꝫ sũma oiuʒ cũ veneratiõe lugdunũ petijt:ibiqꝫ conciliũ celebrauit.ãno.S.1249.in quo oiuʒ cõsensu federicũ imperio ꝛ regio titulo ꝑuauit:pp ꝙ federicus ira parcitus edes villasqꝫ cognatoꝝ Innocentij pape dirripuit ꝛ euertit inde maiori rabie succensus ad arma cõuersus:picenũ vmbriãqꝫ ac ceteras ꝓuincias ecclesie subditas a pontifice discedere fecit.ac bononiaʒ studio ꝑuauit:ꝙ Padue trãstulit:cũqꝫ tãdẽ federicus vita functus eẽt. ꝛ ob eius morẽ bella ĩ italia plurimũ extincta fuissent. Hedimũdũ cantuariensem epm.ꝛ Petrũ patria veronẽsem ordinis ꝑdicatoꝝ. nuꝑ ab hereticis interfectũ:ibidẽ in Sctõꝝ numero redegit.idẽ fecit de sancto Straslao craconensi epõ ab iniquo principe ꝑempto. qui in vita.ꝛ in morte miraculis multis claruit.. Huius itaqꝫ decretũ fuit.vt octaua natiuitatis ṽginis Marie singulis annis ꝑpetuo celebraretur:Cardinaliũ sedes iãpridẽ vacuas:viris optimis repleuit.qbus ꝛ mãdauit.cũ in publicũ eqtarẽt.rubro galero vterentur. qd nũc vsqꝫ magna cũ gloria ꝑuatũ est. Deniqꝫ cũ Romã venisset. inde a proceribus regni Sicilie vocatus neapolim petijt: vbi benignissime exceptus aliquãdiu ibidẽ moratus est:ꝛ dũ speraret toto regno breui potitur⁹illic obijt:atqꝫ ibidẽ in basilica beati Laurẽtij sepultus est:hic itaqꝫ doctissimus vir inter cetera doctrine sue monumẽta apparatũ suꝑ decretalibus edidit celeberrimũ: aliũ apparatũ cõposuit:quẽ autenticas vocauit:insuꝑ ꝛ iurisditiõe iꝑij.ꝛ auctoritate põtificis romani ꝯ Petrũ vineã scripsit.quẽ libꝝ apologeticũ noiauit.Sororib⁹ quoqꝫ sancte clare regulã cõposuit pulchrã. quã eiusdẽ ordinis vltramõtane sorores cõiter seruãt:ordinẽ aũt heremitaꝝ diui Augustini.ꝛ reliquos mẽdicantiũ ordines plurimũ dilexit.ꝛ eos qdã apostolicis fauoribus ꝛ ꝑuilegijs.ac multis beneficijs.quoad vixit.ꝑseq non destitit. vt ex eoꝝ indultis optime patet.

Gymnasiũ patauij trãstulit.

Beatus Petrus martyr.

Octaue virginis natiuitatis institutio.

Auctitas pontificis.

Hic cõposuit regulã sancte Clare.

Papa.190.
an.xpi.1254.

ALexander papa huius nois.4. Natione cãpanus.patria Anagninus:Innocẽtio põtifici.hoc ãno surrogat⁹.sedit annis.6.ꝛ mẽ.6. Magni certe aĩ.magniqꝫ cõsilij vir q manfredũ sicilie Regẽ.ꝛ Ezelinũ de runcano atqꝫ alios tyrranos nonnullos ꝑseq vbiqꝫ nõ extimuit.Sʒ ꝛ iter genuẽses ꝛ Venetos lites cõpõere nõ destitit: Hic beataʒ Claraʒ de Assisio bti Francisci di/

scipulā in Sanctas retulit. ꝛ libellos quosdā ꝯ mēdicantiū paupta tem editos aboleuit. isup ꝛ paupibus ꝗbusdā ꝛ p̄serti religiosis. de xp̄iana religione benemeritis beneficus admodū ꝛ liberalis fuit. ꝛ ppea ex visiōe qua btm̄ Augustinū vidit. vnionē fratrū heremitarū diui ipsi⁹ Augustini a p̄decessore suo icobataꝫ ipse ardēter pfecit. ordinēq; ipsum relicta heremo vrbes petere. ꝛ icollere vbiq; coegit: vt ꝛ ipsi doctrine v̄bo pariter ꝛ exēplo. nec nō ꝛ cōfessiones audiēdo auct⁹. sicut ꝛ ceteri salutis fructū afferre posset. i eodē ꝗppe statu ordinē ipsuꝫ cōfirmauit. ꝗb⁹ ēt vna cū ordinib⁹ p̄dicatoꝝ ꝛ minoꝝ multa p̄uilegia. exēptionesq; ac idulgētias cōtulit. q̄s certe mira beniuolētia sūmaq; deuotiōe semp ꝓseq nō destitit: Et earūdē religionē viris doctis admodū fouit. ꝛ ad Cardinalatus ep̄atusq; dignitates multas ꝓuexit. sicut i annalib⁹ reperit̄: Hic itaq; cū tandē viterbiū cōcessisset pacē iter Genuēses Uenetosqꝫ cōpositurus. cū ea in re diu vexaret̄ tedio ai. vt fert̄ mortu⁹ est: Et ibidē in ecclesia sancti Laurētij honorificētissime sepelit̄. Quo mortuo. sedes vacauit mē. 4. ꝛ dieb⁹. 3. Hic cū doctus egregie esset. nōnullas decretales epistolas composuit. atqꝫ alia aliqua ꝑpulchra que ingenium eius ostēdūt compilauit.

V Rbanus papa. 4. eius nois natiōe gall⁹. ex teranēsi vrbe natus Alexandro pōtifici suffect⁹. sedit ānis. 3. mē. 1. ꝛ diebus. 4. Hic ꝛ si humili loco natus p̄stanti tamē ꝛ eleganti lingua fuit: Qui aliq̄n lacessitus ꝙ vili p̄re ortus eēt. r̄ndit. nobilē viꝝ nō nasci. sed fieri v̄tutis est atq; nobilitatis. Hic aūt pōtificatu suscepto e galijs statim milites cōuocauit. quos manfredo ecclesie ditiōe vexanti obijceret: Cui⁹ postea institutū fuit solēnitatē corporis xp̄i. cū ꝓcessiōibus ꝛ octauis a cūctis fidelib⁹ celebrari. ꝑ ꝗb⁹ ꝛ maxias cōcessit idulgētias. eiusqꝫ officiū ex veteris testamēti figuras per diuū Thomā aquinatē cēsuit esse fiedū: Multas. n. hic pōtifex ai molestias ob pricipū tyrrānides. ꝛ ꝑtialitatū factiōes ꝑtulit. quaꝝ tedio ꝑusij vitaꝫ cū merore exalauit. Cuius ꝗdē corp⁹ ibidē i diui Laurētij fano sepultū fuit. Ob cui⁹ mortē cessauit ep̄atus. mē. 5. hic ordies mēdicantiū fauoribus ꝛ p̄uilegijs multū iuuit.

C Lemēs papa hui⁹ nois. 4. Natiōe narbonēsis. Guido fulcadij antea vocatus. Urbano pōti. surrogat⁹: sedit annis. 3. mē. 9. ꝛ dieb⁹. 21. Hic primo iuriscōsultus existens. toti⁹ gallie sine cōtētiōe p̄matū tenuit. vxorēqꝫ habuit. a qua ēt liberos suscepit. Qua defūcta p̄mo podieñ. deide narbonēns ep̄s ꝓmotus postmodū cardialis fact⁹. deniqꝫ ꝛ pp doctrinaꝫ ꝛ scītatē. ꝑusij absens. pōti. delectus fuit. q cū ꝓphetie sp̄ū plenus esset multa p̄dixit anteq̄ fierēt. cui⁹ opa ꝛ idustria pax iter Hēricū anglie Regē. ꝛ symonē mōtisfortis comitē. ac iter florētinos. ꝛ senēses. ceterosqꝫ Italie pp̄los cōfecta est. quos ēt quoad vixit sua auctoritate i ꝑpo sito cōtinuit. atqꝫ Edrigē ꝑolonie ducissam viduaꝫ miraculis claraꝫ i sanctas retulit. reliquū v̄o vite sue tp̄s i ieiunijs vigilijs ꝛ orationibus alijsqꝫ opib⁹ bōis scītissime cōtriuit. ꝗbus p̄sidijs adiutus. pō

Heremite bti Augustini.

·papa. 191. an. xp̄i. 1262.

Solennitatis corporis Xp̄i institutio.

·papa. 192. an. xp̄i. 1263.

Maxia cōtētio de eligēdo pōtificis.

tificatū optime administrauit: Moriēs deniqȝ magno de se apud oēs relicto desiderio Uiterbij sepelitur: quo mortuo cū dignū cardinalē eidē nō inuenirent successorē maxima inter eos suborta est cōtentio: ꝓpter quod vacauit sedes annis duobus.

Papa. 193. an. xp̄i. 1271.

g

Regori⁹ papa hui⁹ nois. x. natiōe Placētin⁹. ex vicecomitū vetustissima ac gl̄osa familia. ex mediolano nouit᷑ pulsa: Theobaldus antea vocat⁹: h̄ anno post lōgā cōtētionē ppl̄i creatus. post Clementē pōti. sedit ānis. 4. mē. z. ⁊ dieb⁹. x. Uir certe omni vita ꝓbatus: prudēs. ⁊ clarus. rex ⁊ animi fortitudine. qua oia cōtinebat. s. humanitate. clemētia. ⁊ in xp̄i paupes benignitate illustratus: Quib⁹ ỽtutib⁹ ornat⁹: p̄ter oēȝ curie cōsuetudinē ex Laudensi archidiacono a cardinalib⁹ in cōclaui cōstitutis post lōgā cōtentionē creatus fuit ponti. nā tū viterbij ex asiana peregrinatione aduenerat. Unde qdā ob hoc. hos ỽsus cecinit dicens: Papatus munus. tulit archidiaconus vnus: Hūc patrē primū fecit discordia fratrū. Hic itaqȝ pōtificatu suscepto. vt sanctos decet pontifices. pacis amator. ⁊ partialitatū omnino alienus. Ad cōponendā pacē. Inter Genuenses ⁊ Uenetos. magnis inter se cladib⁹ diu affectos statim animū adiecit: Qua in re Philippi p̄dicti. francoꝝ Regis vsus est prudētia: Eaqȝ confecta florentiā vna cū Carolo Sicilie Rege accessit: Ubi ⁊ omne ius pugnandi ipsis florentinis interdixit: Deinde ad Lugdunū Galliaꝝ vrbem pro celebrādo generali cōcilio se cōtulit: Ad qđ Paleologus grecoꝝ impator ꝓfectus. iā tertiadecima vice cū Romana ecclesia vnionē fecit: Et qdā Tartari principes consecuti sacrū baptisma acceperūt.

Tartari baptismū recipiunt.

Et Rodulphus comes i impatorē ab electorib⁹ delect⁹ fuit: Hic iter cetera doctis viris plimū fauit: Quoꝝ nōnullos ad cardinalatū puexit: Et maxime Bonauēturā ordinis minoꝝ generalē ministrū virū vtiqȝ doctū ac multa sanctitate insignē: Et Othonē vicecomitē affinē sui Mediolanensiū creauit archiep̄m. absolutoqȝ cōcilio ⁊ redeuntē Alphonsus castelle rex apud Belledoꝝ pontificem ipsum cōuenit. Cōquestusqȝ de imperio Rodulpho tradito. Tandē erat vir benignus ⁊ a pontifice facillime placatus. Ius cē Rodulpho cessit: Transiēs deniqȝ iuxta florentie menia rogatus interdictū tollere renuit: Accedensqȝ aretium ibidem dictū obijt. Cuius corpus floruisse miraculis compertū est.

Sāct⁹. Bonauentura p̄sbyter cardinalis creatur.

Papa. 194. an. xp̄i. 1275.

i

Nnocētius papa ei⁹ nois. 5. natiōe burgūdus. Petrus tarantasi⁹ antea vocat⁹ ex ordine p̄dicatoꝝ insignis theologus: Hoc āno Aretij Gregorio pōtifici suffect⁹. sedit mē. 5: ⁊ dieb⁹. 7. Qui pōtificatu suscepto. stati florētinos ab interdicto Gregorij p̄decessoris sui absoluit: ꝙ tū ethrusci pōtificis iussu pacē cōfecissent. Traxissetqȝ ⁊ Genuenses ac Uenetos dissidētes: q de vita ⁊ sanguine solū decertabāt. in suā sniam nisi repentina morte p̄occupatus fuisset: Erat enim hic pontifex p̄ter doctrinā qua plurimū valebat. Uir optimus. de quo multa bona sperabatur mortuus deniqȝ. Rome in lateranensi basilica sepelitur.

